

Canon I. descopo seu fine: ut omnia dirigantur ad ædificationem ecclesiæ *v. 26.*
Canon II. de dono linguarum, ne omnes vel plures simul, sed duo vel tres verba faciant, unus autem interpretetur. *vers. 27. 28.*
Canon III. de ordine prophetandi, ne omnes simul, sed duo vel tres ad prophetandum assurgant, *ver. 29.*
Canon IV. Ut prophetæ alij aliis cedant prophetando. *vers. 30.* Huius quatuor affert rationes, quæ videantur in expli-

catione. *vers. 31. 32. 33.* **Canon V.** Mulieribus in ecclesia loqui fas non esto. *vers. 34.* Ratio additur ex lege, quæ vetat. **Occupatio:** Mulieres discere volentes domi interrogent viros. *vers. 35.* Cohibet responsatores. *vers. 36.* Hortatur ut istam apostoli *ad Corinthus* probe perpendant. *vers. 37. 38.* **Conclusio** repetens præceptum de ambitu prophetiæ. *ver. 39.* **Canon VI.** Generalis ut omnia decenter & ordine fiant in ecclesia. *vers. 40.*

PRIMA PARS CAPITIS.

Collatio prophetiæ & linguarum.

- 1 *Sicutamini charitatem, ambite spiritualia; magis tamen ut prophetetis.*
- 2 *Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur: sed Deo. Nullus enim audit: spiritu vero loquitur mysteria.*
- 3 *Qui autem prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.*
- 4 *Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui vero prophetat: ecclesiam ædificat.*
- 5 *Velim autem omnes vos loqui linguis: magis tamen ut prophetetis. Major enim est, qui prophetat, quam qui loquitur linguis: excepto, si interpretetur: ut ecclesia ædificationem accipiat.*
- 6 *Quod si nunc, fratres, veniam ad vos linguis loquens, quid vos juvabo? nisi vobis loquar aut ex revelatione, aut ex notitia, vel propheticando, vel docendo?*
- 7 *Atque in anima qua sonum edunt, & tibia, & cithara, nisi distinctionem tonis dederint, quomodo cognoscetur: quod tibia canitur, aut cithara?*
- 8 *Etenim si incertum sonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?*
- 9 *Ita & vos: nisi per linguam bene significantem sermonem edideritis, quomodo cognoscetur, quod dicitur? Erit enim in aëre loquentes.*
- 10 *Tot, prout inciderit, genera vocum sunt in mundo, & nihil est minus.*
- 11 *Nisi igitur sciero vim vocis: ero ei, qui loquitur, barbarus: &, qui loquuntur, apud me barbarus fuerit.*
- 12 *Ita & vos, quandoquidem studiosi estis spirituam ad ædificationem ecclesie, querite, ut excellatis.*
- 13 *Quapropter qui loquitur lingua, preceatur, ut interpretetur.*

14 Nam

tinet. Nec
bus adiunc
janctis his
capitum x
breviter ex
dicit charit
rum esse m
bičda etiam
variè variis
clesiæ utilit
tem confer
pheniam tar